



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Oblati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

sancti Petri de Urbe, ad aperiendum, & ostendendum testamenta, post annum, à die obitus testatoris. Pius IV. Bull. 58. quæ incipit, Et si per diversos, sub pœna excommunicationis latae sententiæ, solutâ ipsi Notariis debitâ mercede.

NUPTIÆ.

Secundæ nuptiæ an sint benedicendæ? Respondetur primò, quòd non, *ca. 1. de secund. nupt.* Dico secundò, quòd hoc intelligitur, quando sunt secundæ ex utraque parte. Dico tertio, quando sunt secundæ ex parte mulieris, neque sunt benedicendæ. ratio est, quia tota illa benedictio nuptialis tendit super foemina. Dico quartò, si sunt secundæ ex parte viri, tunc est attendenda consuetudo probata. Dico quintò, pœna Sacerdotis benedicentis secundas nuptias ab utraque parte, licet textus dicat, quòd sit imponenda suspensio, tamen Diaz *pract. crim. canon. c. 68.* dicit esse arbitrariam, & Covar. *de sponsal. 2. part. c. 8. §. 2. nn. 1.* dicit, extare Extravag. Jo. 22. qua relevat missionem talis Sacerdotis ad Sedem Apostolicam, prout disponebatur in d. *ca. 1.* vide Sylv. in *versu. nupt. §. 1. & 2.*

OBLATI.

Primò, si quis dedit se, & sua bona alicui loco religioso, non murato habitu, capiatur per curiam temporalem, an possit peti per ecclesiasticam?

Respondetur, quòd non. Cap. Tolos. *qu. 2.* sed an possit contrahere matrimonium? Respondetur, quòd sic. Inn. *inc. ut privilegia, §. sanè, & ibi gl. ver. mutato habitu, de privileg.* Cap. Tolos. *qu. 383.* & an gaudeat privilegio fori? Respondetur, quòd non, Add. ibi, & Gl. in d. *c. ut privilegia, nec privilegio canonis. idem ibidem, Cov. in c. alma mater, 2. par. §. 2. nu. 9.*

Secundò, oblati differunt à conversis, quia conversi emittunt tria vota essentialia, oblati verò non. rursus oblati sunt in duplici donatoria, quidam mutato habitu manent intra claustra monasterii, alii oblati bonis suis monasterio alicui, manent in sæculo, & sic conversi, & oblati in primo genere dicuntur personæ ecclesiasticæ: alii verò non. *Sec. in c. de for. comp. & ibi Abb. Cov. in c. alma mater, 2. p. §. 2. n. 9.*

OBLATIONES.

Primò, Oblationes sunt in triplici donatoria, prima, quando donatur aliquid Ecclesiæ, vel inter vivos, & de hac in *10. q. 1. per totum, & tit. de donat. & in c. cum sic, tit. de consec. Eccles. vel alt.* & de hac habetur in decretis Urbani Papæ primi, *Epistola unica ad universos Episcopos, & habetur in cap. videntes, 12. q. 1.* Secunda, quæ fit causa mortis Deo, vel Ecclesiæ, & de hac *cap. requisisti, de testamentis.* Tertia quæ fit à fidelibus in manibus Sacerdotis parochiæ ad altare, dum celebrat, *cap. antiquos, 10. qu. 1. Host. in sum. tit. paro. §. in quib. ver. hęc tamen sciendum, & istæ sunt paro-*